

Lebensbeschreibungen der Äbte von Schönthal.

165

Das erste Visitationprotocoll vom Jahre 1586 findet sich in der Handschrift der Colmarer Stadtbibliothek, welche den Titel führt: *Acta capituli generalis anno domini 1584 Cistercii habiti et discursus omnium visitationum rev. dom. Beati, abbatis Lucellensis*. Die Handschrift hat keine Nummer, ist auf Papier in Folio geschrieben, aus dem 16. Jahrhundert, enthält 186 Blätter und ist in weißes Schafleder eingebunden. Das unten folgende Visitationprotocoll steht Blatt 37^b 38 und 39. Das zweite Altentstück ist aus dem Tagebuche (*diarium et itinerarium*) eines Salemer Mönches entnommen, welcher 1649 im Auftrage seines Abtes einige Klöster, darunter auch Schönthal, visitirte. Dieses Tagebuch steht in der Hf. Nr. 703^b des hiesigen Archives. Den Namen seines Verfassers habe ich mit Sicherheit bis jetzt nicht ermitteln können. Nach meiner Vermuthung hieß er Eberhard Schneider. Von seiner Hand besitzt auch das hiesige Landes-Archiv eine Chronik von Salem Hf. Nr. 703^a. Die Notizen in seinem Tagebuch hat der Salemer Mönch ohne Ordnung niedergeschrieben. Sie wurden daher hier so geordnet, daß das Gleichartige zusammengesteilt wurde.

In der Colmarer Handschrift steht unter dem catalogus utriusque sexus monasteriorum das Kloster Speciosa Vallis (Schönthal) an der zehnten Stelle. In dem extractum ex registro contributionum capituli generalis (Blatt 21) steht in superiori Alemannia an der sechsten Stelle: Speciosa Valle — 6 florenos Rhen.

Acta visitationis monasterii Speciosae Vallis, alias Schönthal, in Moguntina regione situatae.*

Estque monasterium illud anno 1157, Adriano quarto Romanae ecclesiae praesidente, regnantibus caesare Friderico primo Barbarossa, Arnolde, archiepiscopo Moguntino, et Gebhardo, episcopo Herbipolensi, [fundatum ¹], Generosus ac nobilis baro Wolframus de Bebenburg fundavit et primum habitum conversalem induit inque ecclesia hic sepultus jacet. Qui locus alias satis amoenus, dum a rev. saepéfato domino Beato, abbate Lucellensi, 14 Septembris, hoc est ipsa die exaltationis crucis anno 1586 visitaretur, fratrum ibidem sequens, comprehenso rev. domino abbate, numerus est repertus:

1. R. d. Joannes Lurtz, abbas. 2. Andreas Elerus, prior. 3. Christmannus Aff, pistrinarius. 4. Andreas

¹ fehlt in der Hf.

* Regio ist nicht Diöcese, denn Schönthal lag im Würzburger Sprengel, sondern entweder Ordens-Provinz oder Erzdiöcese oder ein geograph. und politischer Begriff.

Vock, praepositus in Mergentheim. 5. Christophorus Knüttelius*, sacellanus in Billickeym. 6. Joannes Billingerus, hursarius. 7. Hieronymus Esserus, servitor. 8. Marcus Knapp, supprior. 9. Adamus Bischoff, cantor. 10. Gangolphus Straub, presbyter. 11. Josephus Hochomerus, pr.¹ 12. Jodocus Schrodus, pr. 13. Bernardus Ornbergerus, diaconus. 14. Valentinus Wernerus, professus. 15. Theobaldus Koch, professus. 16. Adamus Khun, professus. 17. Joannes Bemerus, professus.

Sequitur nunc tenor chartae visitationis monasterii Speciosae Vallis, alias Schönthal.

In nomine patris omnipotentis, filii et spiritus sancti, sanctae et individuae trinitatis, Amen. Nos frater Beatus, divina miseratione abbas monasterii Lucellensis, Cisterciensis ordinis, Basiliensis diocesis, fungentes rev. domini nostri generalis Cisterciensis eiusdemque ordinis capituli generalis ac commissaria potestate, notum hisce facimus quod, cum sub anno domini 1586, die vero mensis Septembris 14^o devotum nostrum monasterium Speciosae Vallis, alias Schönthal dictum, Herbipolensis diocesis, visitaremus, coassistente nobis venerabili nobisque in Christo dilecto fratre Joanne Friderico Machacropoeo², nostri monasterii magno cellario. Inibi 17 professos, comprehenso rev. d. abbate, reperimus ac insuper chartam visitationis rev. d. n. pie memorie domini Udalyvici, ultimi Caesariensis** abbatis praecedentis immediati visitoris praefati loci, quam cum perlegissimus ac in totum nostro ordini ac eiusdem statutis conformem invenissemus, in ea nihil immutandum duximus, quin potius rev. d. abbatem totumque conventum ad eam (praescribens nimirum motum, formam ac caeremonias ordinis nostri solitas) in omnibus sui tenoris articulis ac punctis observandam paterno amore ac sedulo adhortamur: ut hic horae ordinis quotidianae rite ac debite persolvantur cum omnibus suis circumstantiis utque coram aliis hominibus honesta vita ac exempli claritate praeluceant. Insuper iubemus ac praecipimus fratri abbati, velit cum suo conventui procurare, uti habeant etiam nigrum cingulum, quo super scapularia, ex constitutione papae Sixti quarti, supercingantur, ita enim lubrice incedere plane ordini nostro repugnat; in cursu beatae virginis dicendo fratres observent modum, qui in breviariis dilucide praescrip-

¹ b. i. presbyter. ² Dies Machacropoeo, hieß wahrscheinlich Messerschmied, (μαχαροποιός.)

* Knittel, siehe oben S. 162. ** Kaiserstein.